Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8252
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

nomine tuo Confitebor tibi
domine deus meus in toto cor
de meo · et glorificabo nomen
tuum in eternum Quia misericordia tua
magna est super me · et eruisti
animam meam de inferno inferiori Deus iniqui insurrexerunt super me · et synagoga
potentium quesierunt animam meam · et non posuerunt te in
conspectu suo Et tu domine deus
miserator · et misericors · pa
tiens · et multe misericordie et verax
Respice in me · et miserere mihi
da imperium puero tuo · et sal
vum fac filium ancille tue Fac mecum signum in bono ut
videant qui oderunt me · et con
fundantur quia tu domine adiu
visti me · et consolatus es me
Benedixisti domine terram tuam
Fundamenta eius in montibus sanctis diligit dominus portas sion · super
omnia tabernacula iacob Gloriosa dicta sunt de te · ciuitas
dei Memor ero rahab et babilonis · scientium me Ecce
alienigene · et tyrus · et populus
ethiopum · hi fuerunt illic
Numquid sion dicet homo
et homo natus est in ea
ipse fundavit eam altissimus Dominus narrabit in scriptuis populorum · et principum horum
qui fuerunt in ea Sicut le
tantium omnium · habitatio est in te
Domine deus salutis mei · in die clamavi
et nocte coram te Intret in
conspectu tuo oratio mea · in
clina aurem tuam ad precem
meam Quia repleta est malis
anima mea · et vita mea inferno
appropinquavit Existimatus
sum cum descendentibus in la
cum · factus sum sicut homo
sine adiutorio inter mortuos
liberi Sicut vulnerati dormientes in sepulchris quorum
non est memor amplius et
ipsi de manu tua repulsi sunt
Posuerunt me in lacu inferiori · in tenebrosis et in umbra mortis Super me con
firmatus est furor tuus · et
omnes fluctus tuos induxisti
super me Longe fecisti no
tos meos a me · posuerunt
me abhominationi sibi Tradi
tus sum · et non egrediebar
oculi mei languerunt pro inopia